



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

10 Vtrum restitutio sit necessaria ad salute[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

siti, quando datur premium pro rei custodia: scilicet si gratis fiat. Denique contractus commodati, quando virtusque causa fit. Ratio est: quia cum res aliena tibi concedatur in tuam utilitatem, aequitas postulare videtur ut valde diligenter eam custodias: non tamen diligentissime; quia non tua solius causa, sed etiam ob commodum domini traditur.

Sed nunc difficultas est, utrum haec leges obligent in conscientia ante sententiam Iudicis, ad damnum ex culpa leui vel levissima dati reparationem.

**43** *Probabile est illas leges non obligare ante sententiam* Sotus putat ante sententiam non obligare; esse enim penales, & procedere ex presumptione culpa prioris. Idem videntur sentire ceteri supra citati. Quae sententia meo iudicio non est improbabilis; non quod haec leges penales sint, proprii loquendo, cum restituio non sit pena: sed quod in foro conscientia non videantur recepta: nemo enim est, qui pignori vel rei conditae putet se maiorem custodiā debere ex iustitia, quam dominus ipse adhibere solet. Idem videtur de commodato; et si enim maiore cura hoc custodiāt, quam dominus; non tamen id facit, quod potest se teneri lege iustitia, sed ex gratitudine: id enim gratitudo postular, propter commodum, quod ex re alterius percipit. nec minus putant homines se teneri ad custodiā precari, quam commodati. Vnde etiam plerumque fit restitutio, non solum si commodatum perit, sed etiam si precarium; quamvis absque omni culpa perierit.

**44** Dices, Si non tenetur, ergo iniquē cogitur in foro exteriori.

Respondeo, negando consequentiam: potuit enim hoc lege statui propter bonum commune; tum ut vice omnis fraus & negligētia circa res huiusmodi, tum ut omnes excitentur ad diligentiam eam, quae aequitati naturali est conscientia, et si ex iustitia non sit debita. Sicut enim qui defloravit virginem volentem, ante sententiam nihil ei ex iustitia debet; tamen in foro externo cogitur eam dotare, lege sic statuente propter bonum commune: ita etiam qui amiserit commodatum absque culpa, et si nihil ex iustitia debet ante sententiam; tamen potest cogi ad restituionem, ex vi legis ob bonum commune ita statuens. Neque hoc mirum videri debet, quia in foro externo, dum agitur de damno dato, etiam culpa leuissima spectatur, ut patet L. In lege. 44. 7. Ad legem Aquilam: tamen in foro conscientia hæc non obligat; ut ostendit Dubitatione 6.

**45** *Contraria cōmuniōt.* Fator tamen contrariam sententiam (nempe haec leges obligare ad reparationem danii ante sententiam) esse communior, ac proinde ordinariè in praxi seruandam. Ratio est: quia ista leges sanctiunt, id quod naturali aequitati est conscientium circa rem alienam (quam mediante contractu apud nos habemus) præstare: qua sanctione posita (qui facit talen contratum, accipiendo commodatum, conductum, depositum, pignus) implicitè se obligat ad præstandam eam diligentiam, quam leges requiriunt. quare si hanc diligentiam non præsteret, (quamvis id naturali obliuione, sine omni culpa factum sit) tenebitur ad restituionem. Vide Couarr. in Epitome 4. decret. pag. 2. cap. 6. §. 6. nu. 15. & Naūarr. cap. 17. num. 184.

### DUBITATIO IX.

*Vtrum oriatur obligatio restitutio ex damno dato cum ignorantia comitante.*

**R**espondeo, Minime oriri, (quidquid aliqui dixerint) si ignorantia fuit inculpata. ut pater ex dictis 1.2. q. 6. a. 8. Vt, si putans esse feram, & telo petens interficias; deinde deprehendas fuisse inimicum, quem ad necem quarebas. Ratio est: quia occidit illa inimici, vel hominis, nullo modo est voluntaria; ac proinde ab illo que omni culpa: & consequenter non inducit obligationem restitutio. Nec refert, quod illum aquæ voluisse occidere, si sciuisse esse inimicum, & quod gaudeas occidisse; quia illa voluntas non est causa operis; cum non sit, nec fuerit; sed solum esset, posita conditione, qua non ponitur. gaudium vero sequitur opus. Vnde non magis obligat ad restituionem, quam si gaudebas ab alio factum.

### DUBITATIO X.

*Vtrum restitutio sit necessaria ad salutem.*

*D.Thom. q. 62. a. 2.*

**G**uido Carmelita assignat Gracis hunc errorum, Restitutionem inquit ablatorum non esse necessariam ad salutem; sed sufficere eleemosynam ex illis datam. Sed non puto Gracos Doctores hoc docuisse; cum Scriptores antiqui non meminerint, quamvis credibile sit, aliquos co-  
Graecorum  
rum sacerdotes ex avaritia hoc in absconditis pa-  
sacerdotes.  
nitibus obserualsse, ut partem obtinuerent.

Respondeo igitur, Ipal restitucionem externam, esse necessariam ad salutem, si facultas suppetit: si autem non suppetit, non sit quidem ipsa externa restitutio necessaria, propositum tamen restituendi est necessarium. Docet hoc D. August. epist. 54 quæ est ad Macedonium: *Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi potest, & non rediditur, penitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

Prior pars probatur; quia non restituere, cum possit, est voluntariè nocere & facere iniuriam proximo: (non restituendo enim, noces proximo, nam impedit illum à possessione & usui rei sue vel debite) atque necessarium est ad salutem ut nemini voluntariè noceamus, aut iniuriam faciamus; ut ex multis Scripturis constat, ergo necessaria est restitutio. Vide plura apud Alphonsum Caltrium v. Restitutio.

Dices, Luca 11. Cum Dominus dixisset Pharisæo, quod inuis est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate, subdit: *Vtrum iam quod superest, dare eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* ergo sufficit eleemosyna ad expianda peccata iniustizie.

Respondeo, Si hoc argumentum valeret, etiam probaret penitentiam non esse necessariam funibus, itaque non vult Dominus eleemosynam sufficere, sed esse optimam dispositionem ad munditiam animi. q.d. Date eleemosynam pro vestra facultate (id enim videtur significari in Graeco, cum dicitur, *τὰ ἀνθετά, id est, τὰ τοὺς ἄριστους*) & facile munibantini; quia disponetur animus ad veram penitent-

nitentiam & restitutionem. Vide Ambrosium & Theophylactum in hunc locum.

<sup>48</sup> Altera pars probatur: quia nemo obligatur ad impossibile. quod tamen propositum restituendi tunc sit necessarium, pater; quia ad remissionem peccati, necessaria est contrito, vel saltem attritio cum Sacramento: haec autem continent propositum restituendi; tum quia continent dolorem de peccato iniustæ ablationis, in quo dolore continetur implicitè propositum restituendi; tum quia continent propositum emendationis, & seruandi diuina præcepta, inter quæ est præceptum restituendi.

<sup>49</sup> Petet, Quale est præceptum restituendis, affirmatiuum, an negatiuum? Multi dicunt esse negatiuum, quia idem est dicere, *R. estiue, &c., Ne detine alienum.* Sed verius est, esse affirmatiuum. Primum, Quia præcipitur actus positivus; in negatiuo solùm præcipitur abstinentia ab aliquo opere positivo. Nec obstar, quod interdum videatur fieri restitutio sola cessatione detinendi: ut si deseras

domum vel agrum, quem vi occupasti: quia haec cessatio eò dirigitur, ut alter rem suam consequatur, statque æqualitas: & ita habet terminum positivum. Vnde est instar actionis positiva, qua impletur præceptum affirmatiuum. Secundum, Quia non obligat pro omni tempore, sed solùm quando est opportunitas restituendi. Negatiuum autem obligat pro omni tempore. Illud autem præceptum, *Ne detine alienum,* in re potius est affirmatiuum, quam negatiuum; quia non potest seruari, nisi per actum positivum; neque obligat pro omni tempore.

Adiuerte tamen, præceptum restituendi, nasci ex præcepto negatiuo, *Non furum facies.* Eiusdem enim rationis est furari, & detinere alienum, <sup>50</sup> *Oritur ex negatiuo.* cùm potes reddere. Vnde hoc ipso, quo præcipitur, *Non furaberis.* præcipitur etiam, *ut non detineas,* si potes reddere: & consequenter, *ut restituas;* quia actus restituendis est necessarius ad non detinendum alienum.

## C A P V T S E C V N D V M.

### De iniuriis & damnis in rebus spiritualibus, & necessaria restitutione.

*Complectitur Dubitationes 3.*

#### D U B I T A T I O P R I M A.

*Utrum is, qui priuat aliquem per iniuriam aliquo sensu, vel usurrationis, pheliro, veneno, vel alio modo, teneatur ad restituendam.*

<sup>1</sup> *Primitio  
mentis, vel  
senus, non  
potest pec-  
cata redendi.*

**S**OTVS lib. 4. q. 6. art. 3. in soluit, 1. argumenti, & quidam alij putant pro his damnis præcisè consideratis esse faciendam restituendam pecuniariam, arbitrio boni viri.

Resp. breuiter, Verius videri, talem non teneri ad restituendam præcisè pro ipso damno sensuum, vel usus rationis, sed tantum pro damno temporali, quod inde sequitur: vt si non possit eam arte vel functionem obire, quâ lucrum faciebat, colligitur ex Gomezio tom. 3. c. 6. num. 12. vbi probat, cicatricem & deformitatem ex iniuria remanentem, non posse estimari à iudice vel offendendo, quia sicut liber homo nullus recipit estimationem; ita nec cicatrix vel deformitas eius, quod expresse habetur L. fin. 7. de his qui deteinerint vel effuderint. Idem docet Nauar. c. 15. nu. 19. & 20. multique alij infra citandi. Ratio est, quia haec damna nullo pretio sunt estimabilia; sunt enim in bonis, que supremum locum inter bona humana tenent; nec quidquam est in hominum potestate, quod his censeatur æquivalens: vnde per pecuniam non potest fieri compensatio. Itaque pro his satis est penitentia coram Deo, cum petitione venie pro iniuria illata, quando scitur auctor, sed de hoc infra cap. 9. Dubit. 23.

#### D U B I T A T I O I I .

*Utrum is, qui alterum grauerter levit in bonis animæ, pertrahendo ad peccatum, teneatur ad aliquam restituendam.*

**R**Esp. & Dico Primo, Qui alterum metu vel <sup>3</sup> fraude pertraxit in peccatum, tenetur ex iniustitia ipsum, iure libertati restituere, & vim fraudemque tollere, ne ille in posteru simili modo peccet. est communis sententia DD. Probarur, quia minari, aut vim inferre, est contra iustitiam, si sine iusta auctoritate fiat: quæ numquam iusta esse potest, dum quis ad peccatum cogitur. Similiter decipere alterum falsa doctrina circa fidem, mores, vel artes humanas, sicut enim quisque habet ius iustitia, ne ab alio laedatur in corpore; ita etiam in anima laedatur inuitus, error: sed is, qui aliiquid facit contra iustitiam, tenetur lege iustitiae cessare, & quantum in se est, illud retractare, & irritum infectumque reddere: ergo ex iniustitia tenetur vim tollere, minus remittere, fraudemque patet facere. Vnde non est verum, quod quidam docent, cum qui fraude pertraxit aliquem in errorem, si ille error non veretur in materia iniustiae (v.g. circa contractum vel restituendam) sed in materia